

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

15 Vtrum Religiosus teneatur reuelare prælato suo præcipienti secretum
suæ fidei commissum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

H Y X T Q V O D L I B E T . I . A R T . X V .

Iusti animarum intendat studio pratermissio.
In contrarium inducatur coniunctio
pro ratione.

R E S P O N S O. Dicendum, quod aliqua duo possunt
comparari adiuvicem & impliciter, & non in aliquo
casu. Nihil in proposito id quod est melius implici-
cetur, in aliquo casu esse minus eligendum, sicut phi-
losophari et impliciter melius quod ditari: sed in tem-
pore necessitatis ditari est magis eligenda: & aliqua
preiota margarita est carior vno pane, & non in ali-
quo casu sancti, panis precligeret, sicut illud Tren. 4.
Dederunt preiota que pro cibo ad refocillan-
das animas. Et autem considerandum, quod in quolibet
artificio impliciter melius est qui disponit de arti-
ficio, & dictetur architector, quam aliquis manuau-
lis qui opera exequitur non in quod citabat alio disponi-
tur. Vnde & archieps consuetudis majori mercenae
conductitur qui disponit de aedificio, licet nihil ma-
nus operetur, quam manuales artifices, qui do-
lant ligna, & incedunt lapides. In aedificio autem
spirituali sunt quasi manuales operari, qui particu-
lariter in istum curam animarum, pura, sacramenta
ministrando, vel aliquod huminummodo particulari-
ter agendo: sed quasi principales artifices sunt epi-
scopi, qui imperant & disponunt quasi iter predicti
suum officium exequi debent, propter quod & epi-
scopi, id est superintendentes dicuntur. Et impliciter
theologiae doctores sunt quasi principales artifi-
ces, qui inquirunt & docent qualiter alii debent la-
tente animarum procurare. Simpliciter ergo me-
lius est docere sacram doctrinam, & magis merito
rum si bona intentione agatur, & impendere par-
ticulariter curam salutis huius & illius, vnde Apo-
stolus de se dicit: ad Cor. i. Non in misericordia Christi
bapuzare, sed euangelizare: quamus baptizare sit
opus maxime conferens salutem animarum. Et 2. ad
Tim. 2. idem Apostolus commendat fidelibus ho-
minibus, qui idonei erunt & alios docere. Ipsi etiam
ratio demonstrata, quod melius est erudit de pertinen-
tib. ad salutem eos, qui & in se & in aliis proficeret
potest, & simplices qui in se proficeret possunt. In
anquo tamen casu necessitate imminenter deberet
& episcopi, & doctores intermissione proprio officio
particulariter intendere salutem animarum.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod nullam ia-
mentam temporis patitur, qui quod est melius, ope-
ratur docendo sacram doctrinam, vel qui ad hoc
per studium se disponit.

A D S E C U N D U M dicendum, quod perfectus est
aliquis dupliciter. Vno modo, quia haec perfectio-
nem. Alio modo, quia haec statum perfectionis. Per-
fectio autem hominis in charitate consistit, qua homo-
inem Deo coniungit. Vnde quantum ad dilectionem
Dei dicit Gen. 17: Ambula coram me, & esto perfe-
ctus: quantum vero ad dilectionem proximi possemus.
Dominus dixerat, Diligit inimicos vestros, coelum
dit Matth. 5. Estote ergo perfecti. Statum autem per-
fectionis habere dicuntur, qui solemniter obligantur
ad aliquid perfectioni annexum. Est autem aliquid
annexum perfectioni charitatis dupliciter. Vno modo,
sicut praembulum & preparatorium ad per-
fectionem, vel paupertas, castitas, & huiusmodi, q-
bus homo retrahitur a curia secularium rerum, ut
liberior vacet huius quae Dei sunt: unde huiusmodi
magis sunt quedam perfectionis instrumenta. Pro-
pter quod Hieronymus exponens illud verbum Pe-
tri dicens, Ecce nos reliquimus oia, & secuti sumus te, dicit quod non sufficit Petro dicere, Ecce nos
reliquimus oia: sed addidit quod perfectum est, Et

A secuti sumus te. Quicunque ergo vel voluntariam
paupertatem, vel castitatem feruant, habent quidem
præparatorum perfectionis, sed non dicuntur ha-
bere statum perfectionis, nisi qui ex solemnissima pro-
fessione ad huiusmodi obligant. Aliquid in solene
& perpetuum, dicitur habere statum, sicut patet in
statu libertatis, vel matrimonii, & simili. Alio ve-
ro modo, aliquid est annexus perfectioni charitatis
vel effectus, vt alius curam animarum suscipiat.
Est enim periecle charitatis, vt aliquis propter Dei
amorem pratermittat dum cedinet contemplativa
vitæ, quam magis amaret, & accipiat actus vitæ oc-
cupationes ad procurandum proximorum salutem.
Quicunque ergo hoc modo statum proximorum in-
tegit, habet quidem aliquem perfectionis effectum,
sicut non haberet perfectionis statum nisi episcopus,
qui cum quadam solemnissima confratricione suscipit
animarum curam. Archidiaconi vero & parochiales
presbyteri magis habent communissima quadam officia,
q. quod per hoc in aliquo perfectionis statu ponan-
tur. Soli ergo religiosi & episcopi dicuntur perfec-
ti, qui statum perfectionis habentes, vnde religio-
si sunt episcopi, sed non archidiaconi, vel plebani.
Cum ergo dicuntur quod perfecti tenentur ad id quod
melius est, verum est, si intelligatur de his qui dicun-
tur perfecti propter perfectionem charitatis. Huius
modi, obligantur ex lege interiori que incinan-
do obligant, vnde ad hoc obligantur secundum mem-
suram suę perfectionis, quod implent. Si autem in-
telligatur de his qui dicuntur perfecti propter sta-
tu, sicut episcopi & religiosi, non est verum. Non enim
tenentur episcopi nisi ad ea, ad quae se extendit cu-
ra recepti regimini. Et religiosi non tenentur nisi
ad ea, ad quae obligantur ex voto sua professionis:
alioquin esset obligatio ad infinitum, cum tamen
natura, & ars, & oī lex certos terminos habeant:
dato tamen quod perfecti semper tenentur ad id
quod melius est, non esset ad propositum, sicut ex supradictis apparet.

D 11. Dicendum, quod licet prelato tenet sub-
ditum suum reuocare ab omni malo, non tamen
tenetur ei inducere ad oī melius. Haec est ratio
in proposito locum non habet, sicut nec alie. &c.

Q V A E S T I O . V I I I .

D E INDE quarebantur duo de his quae per-
tinent ad religiosos.

- ¶ Primo, Vtrum religiosus teneatur obediere suo
prelato, ut reuelet sibi aliquid secretum, quod
fidei sua est communissimum.
- ¶ Secundo, Vtrum teneatur sibi obediere, ut reue-
let occultam culpam fratris quam nouit.

A R T I C U L U S . X V .

Vtrum religiosus teneatur reuelare prelato precipienti se-
cretum sue fidei commissum.

C irca primum sic proceditur. Videtur quod re-
ligiosus teneatur aliquod secretum fidei sua
commisum reuelare prelato precipienti. Ad obe-
dientium enim prelato obligavit se religiosus p-
fessione solemnissima, ad tenendum autem secretum
obligauit se simplici promissione. ego magis de-
bet obediere prelato, quam seruare secretum.

S E D C O N T R A est, quod Bern. dicit. Id quod est
institutum propter charitatem, non militat contra
charitatem: sed professio obedientiae, quam reli-
giose